

# COROLLARIA.

I.

**V**acuum summum nec naturæ, nec  
artis Viribus dari posse, commu-  
nior est Physicorum sententia.

II.

Interim fugam vacui, qui multorum  
Phænomenorum causam faciunt, mul-  
tis urgentur dubiis. vid. aliqua ap. Ro-  
hault. Tr. Phys. P. 1. c. 12.

III.

Aërem gaudere virtute elasticâ, variis  
edocemur experimentis.

IV.

Quamvis aërem inexistere quibusvis  
mixtis haud negent, nolunt tamen id-  
circo confestim ipsum inter elementa  
referre Physicorum non pauci.

V.

Aër non modò alia corpora, sed &  
se ipsum premit.

§(O)§

Zeit. 1604